Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26300
Copyright: Admont, Benediktinerstift



et uacabant. nichilq; pderant. transibat sup eos fluuius. Sed
quid fecit dauid? Vt lex ipsa utilis esset. accepit gratiam. Lex enim
sine gratia impleri non potest. Plenitudo enim legis est caritas. Quia
ergo gratia facit implere legem. significatur autem gratia lacte. Hoc enim est
in carne gratuitum. ubi mater non querit accipere. s; satagit dare. Hoc
mater gratis dat. et contristatur qui accipit si desit. Quomodo ergo os-
tendit dauid legem sine gratia operari non posse. nisi cum illos lapides quinque
quibus significabatur lex in libris v.
coniungere uolens gratie. posuit in uase pastorali quo lac mulgere con
sueuerat. His armis. gratia utique armatus. et ideo presumens non de se s;
de domino. processit aduersum golyam superbum se iactantem et de se presumentem.
Tulit unum lapidem. et deiecit diabolum. in fronte percussit. et cecidit
ex eo loco corporis ubi signum christi non habet. Hoc quoque licet ad tendas. Quinque
lapides posuit. unum misit. Quinque libri electi sunt. s; unitas. uincit.
Plenitudo enim legis caritas. ut ait apostolus. Sufferentes inuicem in dilec
tione. studentes seruare unitatem spiritus in uinculo pacis. Deinde illo per
cusso atque deiecto gladium eius abstulit. et inde illi caput abscidit. Et hoc
fecit noster dauid. Deiecit diabolum de suis. quando credit magni eius quos ille
in manibus habebat. de quibus ceteras animas trucidabat. conuertunt lingu
as suas contra diabolum. et sic golye de gladio suo caput incidit. Vbi saul
dauid pro centum preputiis philistinorum filie promittit conubium. Capitulum xii.
Interea uictoria dauid animum saul regis offendit. indignantis
quod sibi in mille et dauid in decem milia conclamantium publice gratulati
onis ora insonarent. Hinc inuidia saulis et semen odiorum aduersus da
uid. quem dissimulatorum callidus. ut sine insidiis suis possit offerre discri
mini. statuit eum michol filie sue nuptiis alligare si centum sibi allophy
lorum preputia uictor offerret. Pro quibus centum ducenta dedit illi. et unde
regio creditus est perire uoto. inde auctus est gloriosiori tropheo. Ita et
uidei dum contra uoluntatem dei. christum interficere nituntur. pro id salutem gentium
egerunt. per quod credidunt extinguere. Quod uero dauid prius alienigenarum
preputia attulit. et sic denuo filie saul nuptiis hesit. significabat
quod christus non prius synagogam conubio suo spondet. nisi antea gloriosus in gentibus